

**www.e-rara.ch**

**Explanatio epistolae apostoli Pauli ad Philemonem ...**

**Humel, Johann Henrich**

**Tiguri, 1670**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-16373>

Concio CXCII.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SERMO CXCI.

Textus idem.

Urus I.

**C**um ergo te ejusmodi suggestiones vexant, & in precibus tuis impediunt, hoc te erige, quod non sit impietatis signum in se & per se talibus tentari: nam

1. Diabolus sic tentavit Jesum Christum innocentem, Matth. 4. Et cur sic voluit tentari, nisi ut sanctificaret tentationes nostras? Hinc Apostolus Hebr. 2: 16. Et ut caput, sic fratres ante nos tentati, 1. Pet. 5: 12.

2. Et si malus spiritus sit contra nos, bonus tamen Spiritus est nobiscum, qui bonas suggerit cogitationes. Boni Angeli favent, ut ut maligni maximè adversentur.

3. Christus orat pro nobis, Luc. 22. Joh. 3. 14.

4. Non finit nos tentari supra vires nostras, 1. Cor. 10: 13.

5. Satanam brevi conteret sub pedes nostros, Rom. 16: 20. Eousque autem subministrabit Deus gratiam sufficientem, 2. Cor. 12: 9, 10.

6. Omnia tandem, quæ Satanus potest, sunt tantum ad probationem nostri, Luc. 22.

Urus II.

II. At vide ante omnia custodias cor tuum, Prov. 4. hoc autem fine

1. Cave, ne gravetur cor tuum comeestionibus, Luc. 21. sed esto sobrius, 1. Pet. 5: 8.

2. Cave, ne gravetur somnolentiâ & securitate, sed vigila, ibid.

3. Ne sis solitarius in hoc casu, solet enim aggredi Evam solitariam, ipsum Christum in deserto, &c.

4. Ne sis otiosus, otium enim parit cogitationes vagas, &c. 3: 16. Col.

5. Sacræ Scripturæ sis lector assiduus, Eph. 6. Matth. 4.

6. Assidue ora, 2. Cor. 12: 8. ut Paulus in tentationibus, &c.

7. Psalle Deo, prout Ambrosius, se psallendo Satanam fugasse, prædicat.

8. Aspice & respice Christum, persuasus, neminem te separaturum à dilectione ejus, &c. Rom. 8. ult.

Quod ad III. Si tales cogitationes ex te ipso & affectata oscitantia tua exurgunt, tæque eis non tantum non opponis, sed eis locum das, easdem hospitio excipis instar hospitum gratorum, Jer. 4: 14. eas laurè tractas & corde foves, certè peccas enormiter, Deumque ad iram provocas, ut rejiciat preces tuas; sive jam illæ sint *vana* & *inutiles* instar cœni aridi & tenuis; sive sint *carnales* instar cœni crassi, sive *impura* & *blasphema*, instar cœni fœtidi. Nam

Allæ ex proterva oscitantia, &c. & hæ noscent;

Rationes.

1. Tales nos separant à Deo, Prov. 15: 26. Sunt ipsi abominationi, Prov. 6: 18. & 24: 9. hæ enim cogitationes non sunt liberæ ac immunes,

ut vulgò putatur, El. 59: 7. præcipuè si concipiuntur inter precandum, Jer. 5: 25. Multi sibi persuadent hoc nihil impedire, si vagi sint in cogitationibus suis, licere sibi quæ sapiunt cogitare: At enim toto errant cœlo; audi Textum, Prov.

4. El. 65: 2. Deus novit omnes cogitationes, Deut. 31. 1. Sam. 16: 7. 1. Chron. 28: 9. Psal. 7. 10, 11. Job. 42: 2. Jer. 11: 20: 17. 20. Ez. 11: 5. El. 29: 15. Matth. 19: 4. Hebr. 4: 12.

2. Adhæc Deus requirit cor, Prov. 23: 26. Psal. 51: 6. Prout enim arbor mortua est sine radice, sic omnia mortua sine corde.

3. Si omnia valerent, quæ homo cogitat, cur Deus conqueritur Gen. 6: 5. 8. 21. Psal. 94. Matth. 9: 4.

4. Peccata omninò esse, evincitur ex Act. 8: 22.

5. Contaminant totum hominem Matth. 15: 19.

6. Deus easdem puniturus est Prov. 12: 2.

Urus I.

I. Idcirco examina te hæc, & excute: An hactenus respuisti malas & vanas ejusmodi cogitationes? an flagello abegisti à sacrificio tuo, ut Abraham, Gen. 15? Et si forsan irrepisse observas, humilia te, & deplora pravitatem tuam.

II. At non sufficit hoc, sed cave in posterum, ne conscientia talibus polluat, Jer. 4: 14. Prov. 4: 23. Cor purum serva; exinde enim origo vitæ; hoc Deo intimè pater, Hebr. 4: 2. Ex hoc discrimen inter integros & hypocritas, ex hoc dignoscitur vera cum Deo conversatio. Et tandem ratio reddenda de cogitationibus nostris, 1. Cor. 4: 5. Solliciti sumus, quos recto nostro recipiamus, quidni de cogitationibus cordis essemus anxii?

Urus II.

III. Vide te præmunias contra tales, hocque fine ex sacra Scriptura thesaurum collige; affectus tuos cura; Deum omnipræsentem tibi ob oculos pone; Custodi intellectum, memoriam, conscientiam, &c. Fœdus pange cum oculis, Job. 31. (nam Eva vidit & lapsa est, sic David Bathsebam, &c.) imple cor cogitationibus melioribus, &c: *Conclus.* 1. Theff. 5. ult.

Urus II.

Concio CXCVII.

Casus II.

Textus Psal. LI. 19.

זכחי אלהים רוח נשברה לב נשבר ונרכה  
אלהים לא תבוה!

*Sacrificia Dei sunt spiritus fractus; animum fractum & contritum, ò Deus, non spernis.*

**P**sal. 31: 13. Regius Propheta in dejectione & contemtu conqueritur, se esse instar *vasis fracti vel perdit*; prout enim vas confractum abicitur pedibus calcandum humi; sic David

Exordium.

Fff secum

secum actum esse conqueritur. David in oculis Dei vas erat electum, vir desideriorum Dei, 1. Sam. 12, Act. 7-13. at abjectus & contemptus in oculis impiorum; adeo dissimiles sunt Dei ac hominum cogitationes, Es. 57: 8. tantum abest, ut Deus vasa contrita spernat & abiciat, ut ipsi potius eò sint chariora, Psal. 34: 19. Deus iis prope adest, qui contrito sunt corde, Es. 57: 15. prout testatur Psaltes Psal. 51: 19. In hoc psalmo David excitatus à Propheta Nathane

Summa  
Psalmi.

1. Agnoscit, confitetur, deplorat peccata; petitque remissionem peccatorum, & sensum remissionis in renovatione spiritus.

2. Repromittit gratitudinem ore & corde, sacrificia interna & externa.

Hoc psalmo Davidangebatur casu conscientiae in hunc ferè modum: Ego David à Deo meo tot & tanta accepi beneficia; tamen eorum oblitustam horrenda in ipsum perpetravi crimina, commisi adulterium, adulterium sanguine innocuo per homicidium tecturus auxi, &c. Oh quantum peccavi, quomodo mecum ages, ò Deus! non audeo faciem attollere ad eum, in quem peccavi, non possum precari, lingua, honor meus languet, Spiritus non sentitur, ossa fracta sunt, &c. ecquid agam? ecquomodo convalescam? &c.

Nos, data occasione, similes casus tractamus, ut animis contritis, quibus lingua hæret in precibus, satis faciamus. Jam absolvimus primum, &c. Sequuntur alii non minùs graves, quorum secundus hic est:

CASUS II.  
Quid statuendum de precibus teporibus tepidis a languidibus.

Quid statuendum de iis precibus, quae funduntur cum tepore, tepore & languore spiritus, cum quis stato quidem tempore se accingit ad preces; at tam ineptus est ad eas, ut sæpe cogitare subeat, annon preces intermittere esset satius, quam cum tali tepore & languore orare? An ideo tali casu preces intermittere, vel quomodo semet gerere oporteat?

Resp. Hi sunt morbianimi, ideoque medicè procedendum. Anima morbis æquè ac corpus subjecta est, & quædam analogia inter morbos animæ & corporis reperitur. Ut ergo Deus ordinavit medicinam corpori, sic & animæ balsamum è Gilead, Jer. 8: 22. iussitque medicinam applicare, Ez. 34: 4. Prout igitur medicus non potest præscire vel divinare, an morbus sit sanabilis nec ne; sed ante omnia morbum recognoscere debet, casum nempe & symptomata, sic nos circa casus conscientiae.

Respondetur

Si ergo hic casus ortus est ex depressione & lassitudine spiritus, ut alacriter precari non possit, prout legitur Pl. 77: 8, 9, 10, 11. Dicimus, tali in casu preces tamen non esse intermittendas, prout nec Psaltes intermisit, Psal. 77. utur inepti & languidi simus ad eas; nam per ipsas preces reddimur aptiores, & orando spiritus excitatur, & Diabolus tali casu sæpe suas miscet tentationes, quæ ipsi precibus dispelluntur.

Nòstis, quomodo sæpe se habeant mem-

bra nostra ad laborandum, cum rigida & inepra sunt; quò magis exercentur; & ad laborem applicantur, eò fiunt aptiora & laxiora; sic se res habet cum corde nostro, quò magis exercetur per preces, eò fit ad precandum habilis. Cum lignum viride applicas igni, multo flatu opus est antequam accendatur, tandem autem etiam exsiccat, & in flammam convertitur: perinde se res habet cum corde nostro initio ad precandum inepto, &c. *Applica.*

Quò ergo ineptiores sumus ad orandum, eò magis allaborandum, ut excitemur & promtiores reddamur; tali enim casu oratione maxime opus habemus, cum tum maxime tentationibus Satanæ expositi simus.

Inst. At quæritur: An tunc tales preces Deo acceptæ sunt?

Resp. Si remissio hæc & tepor animi tibi displicet, si de ipso conquereris, si denique nihil non facis, quò ipsum auferas, tum oratio talis Deo maxime accepta est; hinc enim utcumque valet illud, *Quod non placet, non nocet.*

cum distinctione.

Ut autem hoc in casu bene instruaris, observandum, unde talis tepor & languor in precibus oriatur; oritur autem,

1. Vel ex consideratione peccatorum; & si exinde est languor, tum maxime orandum. Sed de hoc casu postea, &c.

2. Vel ex aliqua mala dispositione vel corporis, vel animi, & ob hanc oratio non est intermittenda, prout superius de his observatum.

3. Vel ex eo denique, quòd Deus iustas ob causas denegat Spiritum precatationis, ut ipsum ita efficacem & vivum ut aliàs jam non sentiamus, sicque nostræ preces nobis non videntur sicut aliàs fluere, &c. & hoc nos reddit segnes & tepidos ad orandum. At propterea preces non sunt omittendæ; licet enim spiritus non fit instar flammæ, tamen est scintilla, quæ linum fumigans sustentat in fœtore teporis vacillans: licet non adsit fluminis instar animam solatio rigans, tamen guttulas refectionis suppeditat; si non afflat instar venti, tamen suavem susurrum ciet; imò fieri potest, ut Spiritus efficaciter in te operetur, licet te id lateat ad tempus; prout tale quid accidere potest homini deliquium animi patienti, qui licet quid de se fiat, ad tempus non observet, vivus tamen est, &c. Semper enim manet illud Apostoli, Rom. 8: 26. *Juvat infirmitates.* Dil. Auxilio Spiritus sancti omnes opus habemus.

1. Si Communionem spiritualem cum Deo nostro habemus: sive id fiat orando, audiendo, conferendo, meditando. Si oramus sæpe ignoramus, quid oremus: nec de materia, nec de modo nobis constat, juxta ipsum Apostolum Rom. 8: 26. Sæpe nos obruit tepor & stupor, ut non possimus cum fervore debito orare, sed tum Spiritus sanctus juvat nos, & docet nos ardentem ac devotè orare, dicitur suspiria calida.

2. Si sentimus decrementum gratiarum, Spiritus

Spiritus S. juvat nos, plantat, rigat, afflat, assistit, & ad perfectionem gratiarum nos ducit: confer Cant. 4: 16. Est instar nutricis, quæ lactat infirmum infantem, usquedum crescat; juvat nostram cognitionem, illamque auget: magis magisque retegat oculos intellectus nostri, Eph. 1: 17. Psal. 119: 18. juvat etiam infirmam fidem nostram, illamque reddit firmiorem in dies, Rom. 1: 17.

3. Si intermittimus verum gratiarum usum & exercitium, ipse Spiritus juvat nos, & monet nos influentiâ & assistentiâ suâ. Prævenit nos gratiâ, sed etiam gratiam subsequenter non denegat, ipsius gratia est operans & cooperans: sic fatetur D. Paulus 1. Cor. 15: 10.

4. Si sumus in gravi conflictu tentationum internarum & externarum Satanæ, mundi & conscientiæ, tum ipse adest, & juvat, nobisque gratiam largitur sufficientem, 2. Cor. 12: 9. sicque sumus fortes in Domino, & robore virium ejus, Eph. 6: 10.

5. Si sumus in lucta desertionum spiritualium: si Deus abscondit faciem suam, si ambulamus in tenebris, si nullus planè splendor apparet, Esa. 50: 10: si Deum apprehendimus iratum, inimicum; ò tum Spiritus sanctus juvat & sustentat, utque speremus, & expectemus, ut confidamus, & innitatur nomini ipsius, monet & exhortatur, ibid. Rom. 8: 26. In textu orig. est vox συναμιλαμβάνεται, quæ valde est emphatica. Si Pater filiolo suo aliquid porrigit, v. c. pomum, & filius porrectâ manu illud accipere tentat, quod tamen brachiis nimis curtis attingere non valet; pater pomum non retrahit, qui brachia satis longa habet, sed extendit suum brachium, donec filius, quod porrigit, arripiat; sic se res hâc habet, si ad sint infirmitates in homine orante, Spiritus sanctus συναμιλαμβάνεται. Si lignum grave & ponderosum ex una parte at tollis, nihil efficis, nisi quis ex altera parte te juvet: sic sæpe fit hoc in casu, cor hominis sæpe gravescit instar trunci immotum, donec Spiritus sanctus manum admoveat, prout facere solet in nobis, licet ipsum non videamus.

Inst. At unde sciam Spiritum sanctum mihi ita adfuisse adiutorem? Resp. Spiritus sanctus semper bonum odorem post se relinquit in operationibus suis, prout testa balsami spirat odorem, licet de balsamo aliquid ereptum sit; sic licet Spiritus sanctus aliquantum recedat, nec suam præsentiam efficaciter, ut aliâs, exerat, tamen manet bona fragrantia, ubi operatur in contrito corde.

O, inquis, modò etiam haberem cor, in quo gratia Spiritus sancti habiter! Resp. Examina ergo cor tuum, an habeas cor & spiritum contritum; id autem tibi notabunt *σημεία*, quæ hæc sunt.

Illi, qui habent spiritum contritum, hæc habent signa:

1. Nihil Deo ipsis charius;

2. Nihil peccato odiosius;
3. Sese humiliare student;
4. Severi sunt in seipos, mites verò in afflictos & contritos;
5. Illos judicant felices, qui lætiori sunt spiritu in Deo;
6. Diligenter & reverenter audiunt Dei verbum;
7. Sese exercent in abnegatione sui, & contritione cordis. Inquire, an talis sis; sin minus, crede, cor tuum, si sit elatum, induratum & ferox, abominationi esse Deo, &c.

Ut autem conteras cor tale, hisce utere mediis:

1. Adhibe malleum legis;
2. Considera ignem inferni;
3. Perpende Dei longanimitatem;
4. Rumina Dei beneficia;
5. Assunde sanguinem Jesu Christi, &c.

II. Solatio hoc est contritis corde: si rênter mundus, caro, Diabolus, conscientia, lex, &c. terreatque ira Dei in ossibus tuis: hoc te erige, quòd Deus cor contritum non abjicit. Igitur offer Deo cor tale cum humili affectione, & dic: En hîc cor contritum & fractum, hoc tibi ò Deus! Et hoc sacrificium Deus non sperner, sed acceptum habebit, ut David testatur; nullum olim sacrificium Deo erat gratum sine corde contrito, & cor tale altare est, in quo sacrificia spiritualia offeruntur in odorem suavis fragrantiae Deo. Conclude ex Es. 57: 15. seqq.

## SERMO CXCIII.

### Casus III.

**Q**uid agendum homini, in grave aliquod peccatum lapsò, quo conscientiam suam vulneravit? an nihilominus talis per preces ad Deum, quem ira offendit, accedere audeat? Tali enim in casu æger sic solet conqueri; Non audeo comparere coram Deo, quia ipsum ita graviter offendi; conscientia mea non sinit me precibus meis Deum adire: si enim subditus rebellis factus Principem offendit, non audeat faciem ejus aspicere; quid ergo de summo Domino, quem tantopere offendi, & peccatis meis iram ejus in me concitavi? &c.

Resp. 1. Bene facis si peccata agnoscis, exaggeras atque confiteris; at si peccata tibi sunt oneri, nemo onus auferre potest, teque sublevare, nisi ipsemet Deus, quem offendisti; ergo ad ipsum accedendum est; si ipsius læsisti justitiam, appella misericordiam, & ad hanc recurre, hisce ductus rationibus:

a. Vocat te, Matth. 11: 28. Venite omnes onerati ad me, &c. El. 55: 1, 6, 7. En si peccata premunt, tuque sitis justitiam, poteris appropinquare ad Deum, &c.

Fff 2

b. Nè

simile.

Signa o-  
pirantis  
spiritus.

Signa con-  
triti cordis.

Media:

usus ite

Casus III.  
An homo,  
qui enormi  
peccato  
conscien-  
tiam sancta-  
vit, orare  
possit ac de-  
beat.